



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XCI. Decretvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

XCI.

DECRETVM.

Sacra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S.R.E. Cardinalium à Sanctiss. D.N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaeque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRAE Indicis Congregationis decreto damnati, & prohibiti, ac respectiue suspensi fuerunt infrascripti omnes libri vbicunque, & quocunque idiomate impressi, imprimendique. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis, eos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à praesentis Decreti notitia tradat sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

ASTRONOMIAE Microcosmicae systema novum; cum annexo opusculo cuius titulus est. In Euerfionem scholasticae Medicinae, Exercitationum paradoxicarum Decas; Auctore Sebastiano Bartolo Parthenopaeo.

Familiaire Castigo Apologetico sul discorso Geneologico, &c. dedicato alla Verità, da Latino Volgari.

Epistola quaedam Gallicè conscripta quarum titulus est.

L'Herésie Imaginaire.

P. Hippolyti Marracii opera sequentia.

Alloquutiones Pacificae pro Immaculata Conceptione.

Excusatio pro Libello praenotato, fides Caietana, ac pro opere inscripto, Caietanus Triumphatus, ac Triumphator in Controversia Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae.

Magister à discipulo edoctus in causa Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae.

Meditamenta circa Bullam Alexandrinam, in fauorem Deiparae Virginis ab originali peccato praeservatae editam.

L'Homme irreprochable en sa Conuersation diuise en trois parties, en chacune desquelles est traitée la maniere de parler, &c. Par Charles Bonnefille Bachelier en Theologie.

Homo Politicus, hoc est Consiliarius nouus, &c. Auctore Pacifico à Lapide.

Mater Honorificata, sive de laudibus, excellentijs, & praerogatiuis Diuae Annae opera, & studio R. P. Ioannis Thomae à Sancto Cyrillo; donec corrigatur.

Noua Concordia Praedestinationis cum libertate humana, Auctore Fratre Gregorio de Sebenico.

Paradiso Catolico per l'anime deuote.

Vniuersae Historiae, cum Sacrae, tum Prophanae idea odio & opera Ioannis Bunonis.

Folia quaedam partim Gallicè, partim Latine edita quorum tituli sunt.

De Elogio primo, ac praecipuo doctrinae Angelici doctoris Sancti Thomae Aquinatis occasione pertinentis cuiusdam impertinentis, &c.

Propositiones Belgio vnito Romanae, ac Papales, literum prohibetur hoc folium cum elucidationibus cum quibus fuit iterum impressum.

Scalae Iacob Virginibus Deo cum proposito perpetuae Continentiae, &c. à R.D. Ioanne Linderbon &c. applicatae SS. T. Doct. Abrahamo Marzio, &c. approbatae. Facultate

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.

cultate Ioannis Episcopi Cartotienfis, &c. impressæ, Floſculi Electiores.
Mandement de Monſieur l'Eueſque & Comte d'Aler ſur la ſignature du Formulaire.

Mandement de Monſieur l'Eueſque & Comte de Beauuais, Vidame de Gerberoi Pair de France, ſur la ſignature du Formulaire.

Mandement de Monſieur l'Eueſque d'Angers ſur la ſignature du Formulaire.

Mandement de Monſieur l'Eueſque de Pamiers ſur la ſignature du Formulaire.

Memoire ſur la Cauſe des Eueſques qui ont diſtinguè le fait du droit.

Second memoire contenant la reſponſe aux raiſons Politiques que le Pere Annat allègue pour porter à pourſuiure les Eueſques qui ont diſtinguè le fait, & le droit.

Troisième Memoire contenant les reſpections ſur le Memoire preſenté de la part de ſa Maieſté à ceux qu'elle a fait conſulter touchant l'affaire des Mandements.

Quatrième Memoire ſur l'iniquité, & les pernicieuſes conſequences de la conduite que les Jeſuites inſpirent au Pape, pour tourmenter les Eueſques qui ont diſtinguè le fait, & le droit.

Cinquième Memoire ſur le droit qu'ont les Eueſques de n'eſtre iugez que par douze Eueſques de leur Prouince, Maintenu par l'Assemblée generale du Clergé de France de l'année 1650. & confirmé par la declaration du Roy de 1663. ſur les articles de Sorbonne veriſiez dans tous les Parlements.

In quorum fidem manu, & ſigillo Eminentiffimi, & Reuerendiſſimi DD. Cardinalis Ginetti Episcopi Portuen. ſupradictæ Sacræ Congregationis Præſecti, præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. Romæ, in Palatio Apoſtolico Quirinali, 18. Ianuarij, 1667.

M. Episcop. Portuenſis Card. Ginettus Præſectus.

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Chriſti 1667. Indictione quinta, die verò 18. menſis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctiſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno eius Duodecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſ. D. N. Papæ Curſ.

Petrus Paulus Deſiderius Curſ. Mag.

ROMÆ Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1667.

XCII.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria V. Die 5. Maij 1667.

SANCTISSIMVS D. N. Alexander Papa VII. cùm acceperit non ſine graui animi ſmœrore Scholaſticos quosdam acrius, nec abſque fidelium ſcandalo inter ſe contendere, an illa *Attritio*, qua concipitur ex metu Gehenna, excludens voluntatem peccandi cum ſpe veniæ ad impetrandam gratiam, in Sacramento Penitentiæ, requirat in ſuper aliquem actum dilectionis Dei, aſſerentibus quibuſdam, negantibus alijs, & inuicem aduerſam ſententiam cenſurantibus, Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vineulum inter fideles ſeruari, omnemque ſciſſuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentiffimorum, & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium aduerſus hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, nec non DD. Conſultorum, & Qualiſicatorum Sac. Congregationis eiufdem Generalis Inquiſitionis; Hoc præſenti Decreto in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommu-